A. D. 1893

CURRENDA XIII.

Dekret św. Kongregacyi „de propaganda fide“ względem spowiedzi i komunii św. Unitów.

Jak Wam wiadomo, Czcigodni Bracia, będąca do dziś dnia normą postępowania Naszego z Unitami Konkordya z roku 1863. dozwalala osobom jednego obrządku jedynie tylko dla zadosyćuczynienia obowiązkowi spowiedzi i komunii św. *wielkanocnej* jakoteż *w razie ciężkiej choroby* spowiadać się przed kapłanem drugiego obrządku i według tegoż obrządku komunikować. Ponieważ to ograniczenie było powodem, że osoby, żyjące w pośród wyznawców drugiego obrządku, nie mogące dostać się łatwo do miejsca, gdzie się znajduje kapłan i kościół ich obrządku, musiały się zadowolnić jednorazową na rok spowiedzią i Komunią św. przeto św. Kongregacya de propaganda fide, najnowszym dekretem z dnia 18. sierpnia b. r. zniosła to ograniczenie i dozwoliła rzeczonym katolikom spowiadać się i komunikować według drugiego obrządku, *tyle razy do roku, ile im własna pobożność i spowiednik doradzi.*

Ponieważ wiadomość o tym dekrecie nie tylko dla Was, Czcigodni Bracia, jest potrzebną, abyście się nie wahali spowiadać i komunikować Unitów, proszących Was o Sakramenta św.: lecz i ludowi wiernemu może być pożyteczną wrazie udania się na zarobek w strony przez Unitów zamieszkiwane, przeto podajemy Wam rzeczony dekret w polskim przekładzie z tem poleceniem, abyście go w najbliższą niedzielę po otrzymaniu niniejszej *Kurendy z ambony odczytali.*. Dekret ten brzmi jak następuje:

„Aby ułatwić częste przystępowanie do św. Sakramentów, które są najskuteczniejszym środkiem, ustanowionym przez Chrystusa Pana, dla zbawienia dusz ludzkich, udziela Stolica Apostolska na przyszłość pozwolenie wszystkim katolikom wszystkich obrządków, tak grekom jak i łacinnikom, mieszkającym w takich okolicach, gdzie nie ma ani kościoła ani kapłana ich obrządku, *przyjmować Komunią św. nie tylko jako wiatyk i dla zadosyćuczynienia przykazaniu o Komunii wielkanocnej, lecz także w każdym innym czasie,* jak im pobożność każe, według obrządku tego kościoła, jaki się w miejscu ich pobytu znajduje, byleby tylko był katolicki“.

Dan w Rzymie, w palacu Kongregacyi de propaganda fide, dnia 18. sierpnia 1893.

Za ... ła Prefekta

† *F. Augusty... ybisk. Laryssejski.*

... j Veccia

Sekretarz.

DECRETUM S. C. CONCILII.

(Aby zapobiedz na przyszłość wszelkim możliwym nadużyciom, jakie się już działy z intencyami mszalnemi ze *strony niektórych firm* handlowych, księgarskich, oraz wydawnictw bądź literackich, bądź dziennikarskich, które za intencye mszalne dostarczały duchownym swoje efekta lub pisma, wydała św. Kongregacya Soboru dekret następującej osnowy):

Vigilanti studio convellendis eradicandisque abusibus missarum celebrationem spectantibus iugiter incubuit haec S. C., pluraque edidit decreta, quibus omne hac in re damnabile lucrum removeri voluit, piasque testantium voluntates et obstrictam benefactoribus fidem ad amussim servari religioseque custodiri mandavit.

Quapropter ad cohibendam pravam quorumdam licentiam qui ad ephemerides, libros aliasque merces facilius cum clero commutanda missarum ope utebantur, nonnulla constituit, eaque, Pio PP. IX fel. rec. approbante, edi et Ordinariis nota fieri curavit ut ab omnibus servarentur. Propositis namque inter alia sequentibus dubiis:

„I. an turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda et poenis etiam eccle- „siasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab Episcopis eorum bibliopolarum vel mercato- „rum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocumque „modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas commit- „tunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt:

„II. an haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia, nulla facta immi- „nutione, tot Missae a memoratis collectoribus celebrandae committuntur, quot collectis „eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis mis- „sarum carentibus subvenitur:

„III. an huiusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam impro- „bandae et coercendae, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium „cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed „in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur:

„IV. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coer- „cendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas missarum „tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipiant, sive non „recipiant quidquam ab iisdem praemii nomine:

„V. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, „sint ii qui a dictis bibliopolis, et mercatoribus recipiunt pro missis celebrandis libros „aliasve merces, harum pretio sive imminuto sive integro:

„VII. an liceat Episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis missarum „quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum de- „cori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis reditibus careant:“

in peculiari conventu anni 1874 S. C. resolvit:

„Ad I. Affirmative.

„Ad II. Negative.

„Ad III. IV. et V. Affirmative.

„Ad VII. Negative, nisi de consensu oblatorum."

Sed cum postremis hisce annis constiterit, salutares huiusmodi dispositiones ignorantia aut malitia saepius neglectas fuisse, et abusus hac in re valde lateque invaluisse, Emmi Patres S. C. Tridentini interpretes ac vindices, rebus omnibus in duplici generali conventu mature perpensis, officii sui esse duxerunt, quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et opportuna insuper sanctione munire.

Praesenti itaque decreto statuunt, ut in posterum si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatae et ipso facto incurrendae obnoxius sit: clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subiaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines recipiendos: laici demum excommunicatione latae sententiae Episcopis reservata obstringantur.

Praeterea cum experientia docuerit, mala quae deplorantur ex eo potissimum orginem viresque ducere, quod in quorumdam privatorum manus maior missarum numerus congeritur quam iusta necessitas exigit, ideo iidem Emmi Patres, inhaerentes dispositionibus a Romanis Pontificibus, ac praesertim ab Urbano VIII et Innocentio XIII in const. *Cum saepe contingat*, alias datis, sub gravi obedientiae praecepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, in fine cuiuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant iuxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent inter sacerdotes sibi subiectos qui eis indigere noverint: alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioeceseon, dummodo sibi noti sint, omnique exceptione maiores, et legitima documenta edant inter praefixum congruum tempus quibus de exacta earumdem satisfactione constet.

Denique, revocatis quibuscumque indultis et privilegiis usque nunc concessis quae praesentis decreti dispositionibus utcumque adversentur, S. Congregatio curae et officio singulorum Ordinariorum comittit, ut praesens decretum omnibus ecclesiasticis suae iurisdictioni subiectis, aliisque quorum ex praescriptis intereset, notum sollicite faciant, ne quis in posterum ignorantiam allegare, aut ab huius decreti observantia se excusare quomodolibet possit: et insuper ut sive in sacra Visitatione sive extra sedulo vigilent, ne abusus hac in re iterum inolescant.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo D. N. Leoni P. P. XIII. per infrascriptum S. Congregationis Praefectum, Sanctitas Sua hoc Emmorum Patrum decretum ratum habuit confirmavit atque edi mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 25 Maii 1893. ***Aloysius*** *Car. Eppus Sabinensis*

Praefectus.

L. Salvati *Secretarius.*

Z treści tego dekretu wynika: 1) że od świeckich firm i wydawnictw niewolno kapłanowi pod groźbą suspensy przyjmować za intencye mszalne żadnych efektów,

ani książek, ani czasopism. — 2) że i co do kapłanów lub Towarzystw religijnych, które za intencye mszalne dostarczają dzieł lub pism treści religijnej, powinien dotyczący zapewnić się, czy się to dzieje za specyalnym Indultem apostolskim. — 3) że kapłani, którzy po upływie roku nie byli w możności odprawienia wszystkich swoich intencyj mszalnych, bądź manualnych, bądź fundacyjnych, powinni wykaz takowych przedłożyć Konsystorzowi Biskupiemu.

Kontrakta dzierżawne dóbr kościelnych wobec notaryusza z umieszczoną klauzulą z §. 3. U. Not. zawierać należy.

C. k. Namiestnictwo przy sposobności zatwierdzenia kontraktu względem dzierżawy folwarku należącego do dotacyi pewnego probostwa oznajmiło na wniosek c. k. Prokuratoryi Skarbu, że dla zapewnienia *regularnego uiszczania czynszu dzierżawnego* za wydzierżawione folwarki, XX. Proboszczowie powinniby na przyszłość kontrakty dzierżawne zawierać *w obec notaryusza* i dążyć do tego, aby do takowych za obopólną zgodą była umieszczona klauzula z §. 3. ustawy notar., t. j. że dzierżawca na wypadek nie zapłacenia czynszu dzierżawnego poddaje się exekucyi wprost z odnośnego kontraktu w formie atku notaryalnego zawartego.

Ponieważ wydarzają się rzeczywiście wypadki, że dzierżawcy folwarków erekcyonalnych nie tylko umówionego czynszu dzierżawnego nie płacą, lecz mimo to nawet z dzierżawy ustąpić nie chcą, przez co dotyczących użytkowców majątków erekcyonalnych na dotkliwe narażają straty, polecamy niniejszem, ażeby XX. Proboszczowie przy zawieraniu umów dzierżawnych, do powyższych wskazówek się zastosowywali.

Z uwagi zaś, że kontrakty takie połączone są z pewnemi kosztami, należy najpierw przedkładać zarys dotyczącej umowy, przyczem wyraźnie nadmienić należy, czy dzierżawca na wyż wskazaną klauzulę się zgadza lub nie.

W sprawie Bursy św. Kazimierza w Tarnowie.

W związku z Kurendą XI. b. r., w której ogłosiliśmy Wam, Wielebni Bracia roczne sprawozdanie Kuratoryi Bursy św. Kazimierza w Tarnowie, podnosimy ponownie Nasz głos, aby polecić Waszej pamięci i ofiarności ten Zakład przy rozpoczęciu nowego roku szkolnego, tem bardziej, że czujemy się do tego spowodowani wielu naglącemi okolicznościami. Oto! Klęski elementarne jakiemi podobało się Panu Bogu w tym roku nawiedzić niektóre i tak już ubogie w kraju naszym okolice, pociągnęły za sobą nagłe, znaczne podrożenie wiktuałów. Nadto otworzono w Tarnowie internat

dla uczniów seminaryum nauczycielskiego, który to Zakład jakkolwiek ma poparcie i pewną subwencyę ze strony Wydziału krajowego, c. k. Rady szk. kraj. i tutejszych Rady miejskiej i Kasy oszczędności, przecież ogląda się także za publiczną ofiarnością, wskutek czego odwróciło się litośne serce niektórych dobrodziejów od Bursy św. Kazimierza.

Wreszcie chcąc przyjść w pomoc ubogim rodzicom, pragnącym dać synom swoim należyte religijno-moralne wychowanie, przyjęliśmy znacznie większą, niż dawniej liczbę wychowanków — dla których też naturalnie więcej chleba Nam potrzeba. Dlatego też w przekonaniu, że spełniamy najszlachetniejszy czyn miłosierdzia chrześcijańskiego dla najbardziej potrzebujących, oraz w błogiej nadziei, że Bursa św. Kazimierza, ofiarnością Kleru Naszego dyecezalnego utrzymywana i słusznie od lat już wielu „dzieckiem Naszem“ zwana, leży Wam Wielebni Bracia na sercu, że pragniecie jej wzrostu i pomyślnego rozwoju, pukamy silniej do Waszego miłosierdzia z prośbą o hojniejszą na ten rok dla wychowanków Waszych jałmużnę czy w pieniądzach czy w wiktuałach.

Nie tajno Nam wprawdzie, że dziś do serca i kieszeni kapłanów wszystkie niemal społeczne instytucye zaglądają i ofiary żądają; — prawdą jest, że do kleru parafialnego nietylko uboga dziatwa szkółek wiejskich, ale całe nieraz zastępy ubogich parafian dotkniętych powodzią, pożarem, przednowkiem lub innemi biedami wyciągają ręce swe i błagają o pomoc; ale też i to prawda, że w czasach naszych w obec wzmagających się potrzeb prawdziwie ubogich osób, coraz to mniej dających jałmużnę wedle stanu i położenia swego na korzyść ubogich, którzy albo żebrać się wstydzą, albo jeszcze nie mogą, a których liczba dziś w dwójnasób się pomnożyła.

Chociaż więc serca i dłonie kapłanów, zawsze ochotne i skore do jałmużny, dziś liczyć się muszą, komu pierwej dać choćby skromny tylko datek, my Wielebni Bracia, ufni w Opatrzność Boską, a pomni na słowa proroka Zacharyasza roz. 13, 7. „*Obróćmy rękę naszą na malutkie*“ — na wychowanków Bursy św. Kazimierza, chciejmy obficiej ułamać chleba dla tych malutkich, od Pana Jezusa szczególniej umiłowanych, skoro go więcej potrzebują, a w nagrodę za tę szlachetną ofiarność serca kapłańskiego będziemy mogli spodziewać się nagrody od Boga obiecanej w słowach proroka Izajasza: „*Ułam łaknącemu chleba twego, a ubogie i tułające się wprowadź do domu twego; tedy wymknie jako zaranie światłość twoja, a zdrowie twoje rychlej wznijdzie i pójdzie przed obliczem twoim sprawiedliwość twoja, a chwała Pańska zbierze cię.... I da ci Pan odpocznienie zawżdy i napełni jasnością duszę twoję, a kości twoje wyzwoli. Tedy się będziesz rozkoszował w Panu i wyniosę cię na wysokości Ziemi i nakarmię cię dziedzictwem Jakóba ojca Twego.*“ (Izaj. 58, 7—8, 11, 14).

DECRETUM GENERALE.

Iamdudum apud viros sacrae liturgiae peritos quaestio agebatur gravissimi sane momenti quoad praeeminentiam inter festa primaria et secundaria eiusdem ritus.

Verum hac controversia nondum composita, identidem Sacra Rituum Congregatio peculiaribus in casibus responsa dedit, ac plura particularia edidit Decreta, quin umquam rem per generale Decretum definiret. Quum vero hisce postremis temporibus in eiusmodi quaestione maxima esset discrepantia ex multiplici atque opposita penes scriptores sacrae liturgiae Rubricarum interpretatione; necessarium duxit Apostolica Sedes unicam tandem normam statuere, quae ubique et ab omnibus, praesertim in ordine Divini Officii uniformiter redigendo, servaretur. Quocirca Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. commisit R. P. D. Augustino Caprara, S. Fidei Promotori, ut votum *ex officio* exararet, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis discutiendum; posteaquam diversae ea de re a viris in Rubricarum scientia peritis habitae fuerunt sententiae, elucubrationibus multa eruditione exornatis.

Quibus omnibus praelo cusis, communicatisque una cum voto praefati S. Fidei Promotoris, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu, subsignata die ad Vaticanum coadunato, a me infrascripto Cardinali, eidem Sacrae Congregationi Praefecto et Relatore, sequens Dubium propositum fuit, videlicet: *An festa secundaria Domini, B. Mariae Virg., Angelorum, SS. Apostolorum, aliorumque Sanctorum praeferenda sint festis Primariis eiusdem ritus et classis, sed minoris personalis dignitatis, tam in occursu, quam in concursu, et in eorumdem repositione?*

Itaque Emmi ac Rmmi Patres sacri tuendis Ritibus praepositi, mature perpensis rationibus tum a memoratis viris, tum a R. P. D. Promotore S. Fidei adductis, ita rescribendum censuerunt: *In voto R. P. D. Promotoris Fidei, nimirum: Festa Primaria, utpote solemniora, aliis secundariis in casu praeferenda esse tam in occursu quam in concursu, ad formam Rubricae X. de Translatione festorum n. 6. Quod si eadem festa transferri contingat, in illorum repositione servetur ordo praescriptus in memorata Rubrica n. 7; et fiat catalogus festorum, quae uti Primaria, vel secundaria, retinenda sunt.* Die 27 Iunii 1893.

Demum his omnibus Sanctissimo eidem Domino Nostro relatis per me ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacrae Congregationis ratam habuit, et confirmavit, iussitque ita, et non aliter Rubricarum praescripta hac in re esse interpretanda: Rescripta, seu Decreta, tum generalia tum particularia, in contrarium facientia suprema auctoritate sua penitus abrogando. Die 2 Iulii anno eodem.

Iuxta Decretum diei 2 Iulii nuper elapsi, quum a me infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, et Relatore in Ordinariis Comitiis, subsignata die ad Vaticanum coadunatis, proposita fuerit approbanda Catalogus Festorum, quae uti *primaria* vel *secundaria* retinenda sunt; Emmi et Rmmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, audito voce et scripto R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore, ita rescribere rati sunt: AFFIRMATIVE; *evecto ad ritum Duplicis Maioris, in Kalendario universali, festo Dedicationis Basilicae Ssmi Salvatoris, si Sanctissimo placuerit. Catalogus vero ita se habeat:*

Festa Primaria in Calendario universali.

§. I. *Duplicia Primae Classis.* Nativitas Domini. Epiphania Domini. Pascha Resurrectionis. Ascensio Domini. Pentecostes. Festum Corporis Christi. Assumptio, et Immaculata Conceptio B. M. V. Nativitas S. Ioannis Baptistae. Festum S. Ioseph Sponsi B. M. V. Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Festum Omnium Sanctorum. Dedicatio propriae Ecclesiae. Patronus, vel Titulus Ecclesiae. Patronus Principalis Regionis, vel Dioecesis, aut loci.

§. II. *Duplicia Secundae Classis.* Circumcisio Domini. Festum Ssmae Trinitatis. Purificatio B. Mariae V. Annuntiatio B. Mariae V. Visitatio B. Mariae V. Nativitas B. Mariae V. Dedicatio S. Michaelis Archangeli. Natalitia Undecim Apostolorum. Festa Evangelistarum. Festum S. Stephani Protomartyris. Festum Ss. Innocentium Martyrum. Festum S. Laurentii Martyris. Festum S. Annae, Matris B. M. V. Festum S. Ioachim, Patris B. M. V.

§. III. *Duplicia Maiora per Annum.* Transfiguratio Domini. Dedicatio Basilicae Ssmi Salvatoris. Dedicatio S. Mariae ad Nives. Festum Ss. Angelorum Custodum. Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apostolorum. Festum S. Barnabae. Festum S. Benedicti Abb. Festum S. Dominici C. Festum S. Francisci C. Festum Patronorum minus Principalium.

§. IV. *Alia duplicia per Annum.* Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuisque Sancti.

Pro Aliquibus locis. S. Gabrielis Archangeli. S. Raphaelis Archangeli. Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscuisque Sancti. Commemoratio Sanctorum, quorum Corpora, vel Reliquiae in Ecclesiis Dioeceseos asservantur.

Festa Secundaria in Calendario universali.

§. 1. *Duplicia Primae Classis.* Sacratissimi Cordis Iesu.

§. II. *Duplicia Secundae Classis.* Festum Ssmi Nominis Iesu. Festum Inventionis S. Crucis. Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. Solemnitas Ssmi Rosarii B. M. V. Festum Patrocinii S. Ioseph.

§. III. *Duplicia Maiora.* Exaltatio S. Crucis. Duo festa Septem Dolorum B. M. V. Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo. Festum Ssmi Nominis B. M. V. Festum de Mercede B. M. V. Praesentatio B. M. V. Apparitio S. Michaelis Archangeli. Decollatio S. Ioannis Baptistae. Cathedra S. Petri Ap., utraque. Festum eiusdem ad Vincula. Conversio, et Commemoratio S. Pauli Ap. Festum S. Ioannis ante portam Latinam.

Pro Aliquibus locis. Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. J. C. Ssmi Redemptoris. Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph. Ssmi Cordis Mariae. Desponsationis, Maternitatis, Puritatis, Patrocinii B. M. V. Translationis Almae Domus B. M. V. Exspectationis Partus B. M. V. B. M. V. Auxilium Christianorum. Prodigiorum B. M. V. Apparitionis B. M. V. Immaculatae. Commemoratio Omnium Ss. Summorum Pontificum.

Item alia quaecumque festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo, sive Sanctorum, praeter eorumdem natalem diem, uti Inventionis Corporum, Translationis, Receptionis, Patrocinii, et hisce similia.

Die 22 Augusti 1893.

Facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. de his omnibus relatione per me ipsum infrascriptum Cardinalem Praefectum, Sanctitas Sua duplicem Catalogum, prouti superius exstat, approbavit ac vulgari praecepit; elevato ad ritum duplicem maiorem, una cum festo Dedicationis Basilicae Ssmi Salvatoris, festo etiam Dedicationis Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apostolorum. Die 27, iisdem mense et anno.

Caietanus Card. Aloisi-Masella
S. R. C. Praefectus.

Loco † Sigilli

Vincentius Nussi
S. R. C. Secretarius.

Mutationes inter Venerabilem Clerum

inde a 15 Julii ad 15 Septembris.

Adalbertus Scisło a Sacris suspensus — *Antonius Ruminowski* e Piwniczna transl. ad Niedźwiedź — *Ignatius Mordarski* e N. Wiśnicz ad Piwniczna — *Jos. Piekarzewski* applicatus ad Cerekiew — *Gutfiński* e Radgoszcz ad Mielec — *Wołek* e Łososina ad Radgoszcz — *Heciński* e Bochnia ad N. Sącz — *Biliński* e Rzezawa ad Bochnia — *Poniewski* e Cerekiew ad Padew — *Jos. Kowalski* instit. ad Zgórsko — *Joannes Daynan* ad Piwniczna — *Rmus ac Illmus Carolus Hryniewiecki*, Archieppus tit. Pergensis et Eppus Vilnaensis institutus ad Beneficium Cur. de Tuchów - *Casim. Kozak* applic. qua Coop. ad Tuchów — *Ręgorowicz Jos.* e Mielec ad Łososina.

Piis ad aram precibus commendantur:

anima p. m. ***Caroli Solarski,*** Deficientis, qui in Radomyśl die 1. Augusti, anno vitae 71, sacerd. 45, Sacramentis provisus in Domino obdormivit.

anima p. m. ***Thadaei Sroczyński,*** Coop. de Przyszowa, qui die 17 Augusti, in Czchów repentina morte, anno vitae 43, sacerd. 19, ad Dominum vocatus, — Societati precum pro felici morte ***adscriptus.***

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 14 września 1893.

IGNACY
Biskup.

X. Stanisław Walczyński
Wikaryusz generalny, kanclerz.

W drukarni Józefa Styrny w Tarnowie 1893. Nakładem Kleru Dyecezalnego.